Quelle: https://manuscripta.at/?ID=457
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tetrapodian duo ad gradati lib(ri)
qui pseudographi putantur. et xx
v. omelie. et chaliosei(s) quas nos
excerpta possimus appellare.
Eusebius quoque pamphili iuxta
hystoricam explanationem. xv. edi
dit uolumina. et didimus cuius
amicitiis nuper usi sumus. ab eo loco
ubi scriptum est consolamini consola-
mini populum meum sacerdotes loqui-
mini ad cor hierusalem usque ad finem
uoluminis. decem et viii. edidit tho
mos. Apollinaris autem more suo
sic exponit omnia, ut uniuersa
transcurrat. et punctis quibusdam
atque interuallis immo comp(e)n-
dii(s) grandis uie spacia praeteruolet.
ut non tam commentarios quam in
dices capitulorum nos legere cre-
damus. Ex quo animaduertis quan-
te difficultatis sit, ut latini nostri
quorum aures fastidiose sunt, et ad in-
telligendas scripturas sanctas nausiant.
plausuque tantum eloquentie de-
lectantur michi ignoscant si plurius
locutus fuero. cum esayas xii.
prophetis iuxta numerum uersuum
aut equalis aut maior sit. Sicu
bi autem praetermissis lxx. de hebrai
co disputaui. illud in causa est
quod aut eadem. aut similia sunt
pleraque cum ceteris. et duplici
edicione proposita nolui libros ex-
planationis extendere. qui etiam
in simplici expositione modum bre-
uitatis excedunt. Sed iam propositum
prosequamur. Explicit Prologus.

Incipit explanatio

VISIO ESAYE FILII
AMOS. QUAM VIDIT SUPER
Iudam. et hierusalem. in diebus ozie io
atham. achaz. et ezechie regum iu
da. Pro iuda in quo significantur due
tribus lxx. et theodotio posuere iu
deam. que totam terram xii. tribuum
ostendit. et pro eo quod nos ex hebreo uer-
timus super iudam et ierusalem illi interp-
retati sunt contra iudeam et ierusalem. Syma-
chus more suo manifestius de iuda
et ierusalem. ut nec prospera. nec aduersa
uelit titulo demonstrari. sed ea que
de iuda et hierusalem in utramque partem
sermo propheticus praedixerit. Ergo esay
as principaliter loquitur de duabus tribu
bus iuda et beniamin exceptis decem
que in samaria erant et uocabantur
effraim et israhel. et quas sub ozia re-
ge iuda et hierusalem phul rex assyriorum
uastare iam ceperat. Denique quinquage
simo et secundo anno imperii eius reg
nante apud samariam phacee filio
romelie. uenit theglathphalassar
rex assyriorum. et cepit abion. et abel.
domum maacha. et ianue et cedes
et asor. et galaath. et galyleam omnem